VIRIDARIUM LVSITANUM

IN QUO

Arborum, fruticum, & herbarum differentiæ onomaſti inſertæ, quas ager Ulyſſiponenſis ultra citraque Tagum ad trigeſimum uſque lapidem profert.

COLLECTÆ

PER GABRIELEM GRISLEY CHYMIATRUM ET BOTANICUM.

Acceſſere JOANNIS RAII de Auctore, & Opere Judicium, nec non adnotatiunculæ ex ejuſdem Stirpium Exterarum Catalogo.

Item Index alter Luſitanarum Plantarum ex variis Auctoribus excerptus.

* * *
* * * * *
* * * *
* * *
* *

V[illegible] juxta editionem quæ prodiit

ULYSSIPONE

EX PRÆLO

ANTONII CRAESBEECK.

annoſas ſtIrpes panChreſtVs Lege MeDetVr.

Digitized by Google

Digitized by Google

EXCELLENTISSIMO HEROI AC DOMINO FRIDERICO COMITI A SCHONBERG, in exercitu Sereniſſimi Luſitaniæ Regis caſtrorum præfecto vigilantiſſimo, utriuſque Regni libertatis propugnatori feliciſſimo, Armorum & Artium liberalium fautori munificentiſſimo, quem ſtemma & fortuna ad magna vocarunt, fama & virtus ad majora erexerunt, cujus res præclare geſtas & animi candorem admirantur omnes, & ſincere mentes certatim conſtantis procant amicitiæ ſtabilimentum.

Communi natalitio ſolo laceſſitus; Excellentiſſime Comes, Viridarium hoc Luſitanum, hactenus deliteſcens tibi ſiſtere ſatago, ut ſplendore Nominis tui deditum tandem eluceſcat; quod perperam nuclei ejus inſcii arguunt, tamquam muneri tuo minus analogum, & tuæ amplitudini perexiguum; hoc quidem, ingenue fateor, quo ad nudam nominum ſeriem, ſecus autem, ſi ſignificatum, & contextus penetralius perpendatur: illud vero, congruenter applicandum: nam milites & plantæ paria munia obeunt, Ductori audientes in ordines rediguntur, hoſtem oppugnando inſequun-

quuntur & vincunt, ſtatum & dona tuentur: ſed hæ, naturæ; illi fortunæ. Diſſident, quod illi temporarii quibus in corpore robur; hæ vero perennes, & ex intimo ſibi innatam promunt energiam. Quapropter tibi, excellentiſſime Comes, ex qualibet agminis cohorte anteſignanas dilucidius detegam, tuo Larario condignas, ut inibi Magnæ matris Mnemoſynæ gremio ſepoſitæ reſerventur, ſi forte reliquæ per aliquam cataſtrophen, quam jam perpeſſæ, rurſus aboleſcant. Ex arboribus præeat termes Mali Medicæ Americanæ ſpinis horridæ, cujus malum ſapore, & teneritudine inter Aſſyria, imo & aurea illa in Heſperidum hortis ab Hercule ſublata, præpollet.

A pomo exitialis humano generi labes.

Arboreſcentium frutices decorat pleniſſima Alceæ Japonenſis Roſa, quæ ut nix candida, vix e germine decerpta, propediem in rubicundam immutatur.

Innocentiæ candor læviſſima vitiorum aura inquinatur.

Suffruticibus præeſt elegans illud Antirrhinum triornitophorum; cujus ternæ viciſſim ex luteo purpuraſcentes aviculæ ſuis pediculis inſidentes, & itidem tribus anguſtifoliis ſeparatæ, caulem verſus ab imo, quaſi mox evolaturæ, ſuſpiciunt, nec aliud niſi pipire deſideratur, ſupremas (viſu jucundum) recens ovis excluſas autumares, infimæ in crania marcent.

Sub

Sub qualibet ætate latet præſentanea mors.
Ericeta proferunt Chamæleontioidem ſquamoſo caule, quem velut cirrata ſpiſſe ambiunt folia verruculis leniter aſperſa, quæ ſe inſtar cartilaginei piſcis Polypi, ſpiratim inferne circumvolvunt, & perpetuum ſpumoſo Ixiæ madore viſcida, etiam dum urit Syrius orbem, & æſtas hiulcat agros; culices, cincindelas, pyrallides, & cæteras obliquo volatu vagantes muſcas aucupantur.

Incautis ubique inſidiæ.
Inter bulboſa inſignite venerea necdum deſcripta præſtat Orchis miranda veſpifera, quæ illius aculeati teres inſecti cadaverulum tam exacte tamque venuſte variegatum exprimit, ut vel mangonium ſuſpiceris, vel attingendo ſpiculum verearis.

Mundanæ oſtentationis eluſio.
Tandem coronidis ergo in Meſſeniacis bulbis Siſyrinchium primas obtinet, cujus purpurei flores potiſſimum ſub æquinoctio verno non prius ſeſe expandunt quin ſol Meridianum adæquet, nec ullum umquam inter innumeros dimidiam horam ſecius reſeratum, aut dimidiam ſerius reſerandum reperies, mox in ejuſdem occaſu perpetuum marceſcunt.

Sex horaria caduca ſors humanæ fragilitatis effigies, & totius miſeriæ prototypus.
Has Terræ proles, in hoc viridario recenſitas procreat ferax Ulyſſiponenſis ager circum

trigeſimum lapidem, eaſque inundat ad oram uſque Tagus, qua latiſſimi turgentis alvei, per viciſſitudinem maris receſſu, auriferos ſuos latices in Occaſum vergentes, ſalſugini Atlantici immenſi immiſcet Oceani.

Has plurimos annos qua potui induſtria, ſectatus ac undique inquirendo didici, natale tempus & loca obſervavi, lucubrando cum auctoribus contuli, ut enucleate ignotas a jam divulgatis enodarem, eaſque tandem, humili qua par eſt ſubmiſſione impetrato conceſſu ſub Excellentiæ tuæ patrocinatu publici juris facerem, & me ſimul animo tuo obſequentem devincirem: quod, ſi ſerena fronte ſuſceperis, me integre benevolentiæ tuæ compotem, & in auctoritatis tuæ clientelam commiſſum exiſtimabo, quæ mihi maximo adverſus prælonge auriculatos botanimaſtigas propugnaculo erit, quæque tamquam efficax Panacea eorum calumniandi pruritum & venenatum invidiæ livorem reprimet. Interea Excellentiſſime Comes, principum virorum decus, virtutum exemplar, & literarum fautor Neſtoreos per quam feliciter vive annos.

Sic precatur, & in hoc cedit vota tui devotiſſimus.

Gabriel Grisley Chymiater & Botanicus.

LE-

LECTORI.

LUſitania in occidentali extrema Europæ plaga ſita, ab ortu citeriorem Heſperiam averſat, cui limitanea invite continens cardinem Meridianum a trigeſimo ſeptimo & dimidio latitudinis gradu ab Auſtro recta, ultra quadrageſimum primum ſeptentrione tenus propandit; hujus limitem & Galleciæ Minius amnis interfluit: illius vero oras, ſicut & univerſas ab Occiduo alluit Oceanus. Hujus territorium undique irriguum & ſalubri Cæli temperie irroratum, Veſta tamquam fertiliſſimum ſolium ſibi vindicatum, omni plantarum genere tam ubertim & multifarie fœcundat, ut merito Hortus Europæ nuncupetur, qui præter innumera ſtirpium varietate, etiam incognitarum quibus paſſim propter innatum, & abdito ſibi inſitum ſperma, in terrenis, ſubceſſivis imo & teſquis ſcatet, pene arcifinius eſt. Hunc ſex ferme luſtra totum peragravi ab auſtrini ſacri promontorii ſcopulis dimenſus, ad Interamnem regionem borealem extimam uſque: quæ a ſe mutuo tantum in plantarum varietate diver-

Digitized by Google

tunt, ut hic Helvetiorum alpes, ibi Cretam inſpicere liceat, nec intercapedo huius diverſitatis effœta, in qua antecellit nobile *Buſac* parum a Conimbricenſibus diſſitum, ſacri Patrum Diſcalceatorum montis Carmeli ordinis eremus ſtirpium feracitate, & cedrorum proceritate alter Libanus. Huic accedit Herminius Atlantis æmulus, *Serra da eſtrella* vulgo, quod ſidera proprior obſervet, dorſo lacu perforato, cuius inſipidæ voragines, licet viginti leucis ab Oceano remotæ, per terræ voratrinam maris æſtum quotidiana reciprocatione annotant, & quandoque etiam navigiorum alluunt fragmenta; huius amœni colles longo projectu tandem deſinunt in nemus illud opacum *Serra de Portalegre* ſalutiferis herbis celebre. Quia vero univerſim decimum fere quodque milliare aliam atque aliam viroris faciem format a primo alienam fit, ut cuilibet pago peculiares botanicæ medelæ, plurimum non ſpernendæ, contingant, quæ, ſi ut empirica a ſingulis ſedulo ſciſcitata ad tabulas referrentur, in ingentes medicaminum pandectas excreſceret opus, quæque non mediocri emolumento in medicam ſupellectilem cederent, quia tuta, uti paucula penes me, ex itinerum fœnore parta, non trivialia quotidie atteſtantur.

Qua

Digitized by Google

Qua de cauſa nunc ariadnæo hoc filo uſque ad penetralia tantæ gazæ patet acceſſus utriſque , & naturalis philoſophiæ indagatoribus, & inclytæ Botanices alumnis; his, ad decerpenda quæ de terra producit Altiſſimus, & ſolum Hygieiæ ſacra, quæque aut odore ſpiritus exhauſtos, & animum languentem aſpectu reficiunt, aut ad topiaria etiam inſueta appetuntur: illis, ad decernendum quidnam natura prodigio illo portendat, quod in Orchidum genere herbacea plaſmata aſſimulet, quæ corpuſculum teres, vegetum, cum apis, crabonis, fuci, œſtri, tum etiam alicujus vaginipennum genuino colore undique concinne depictum tam perfecte referunt ut nihil niſi motus deeſſe videatur. Sancitum a majoribus axioma: *Natura nihil fruſtra*: hanc taxare nugacem, impium: illud, oppugnare, temerarium eſſet. Agedum, ſignaculum hoc abſtruſioris arcani nonniſi ſanctiore oraculo reſerandum. Quamobrem indicto hoc ſyntagmate reipublicæ medicæ cives municipales & myſtæ, quibus ex ejus aditu dona humanæ beatitudinis mortalibus elargienda credita ſunt, gratioſe invitantur, ut æquo animo falcem in hanc illibatam immittant meſſem, meo favente Lacheſi, non ſine ſudoris aratro elaboratam: nec illos

Ex-

Exſpectata ſeges vacuis eludet ariſtis,
Si tempeſtive jam cumulata metunt.

Priuſquam inflexibilis Atropos vitæ ſtamen abſcindens ſimul & ſpem poſteritati aboleat. Cæterum quibus nominibus *non deſcr.* additum eſt, plantas a nullo auctore claſſico adhuc deſcriptas adſignificat, in quo celeberrimi C. Bauhini Pinax mihi amuſſis, quam Index onomaſticus Pariſienſis plantarum horti Doctiſſimi viri Medici Dionyſii Joncquet æque quadrat, quarum in hoc limine anguſtiore excuſſorio, facile ultra trecenta ſecernuntur; evidentiſſimum interioris luxuriei præſagium. Vale.

Au-

Digitized by Google

Auctor ad Viridarium.

Ocius i precor, promulga (exile viretum)
Dulce quod antidotum, Luſia terra parit.
Adhuc Galenos, indic Hermetis Alumnis;
Illi ut Theriacas; hi, Paradoxa parent.
Induc Alcinoos, & qui Topiaria flectunt
Et queis ſuffrutices floris odore placent.
Hos reverenterque invita ut penetralia ſpectent
Europæ cunctis hortus optimus eris.

Exteris Luſitani.

Cur potius veſtras Europæ dicitur hortus
Natura matre hic: ibi pangitur arte noverca.

Ad auctorem
De amoeniſſimo ejus Viridario Botanico.

Ut vario carpit per prata virentia flores
Sedula quum lætum ver populatur apis.
Sic medicus Gabriel doctiſſime colligis herbas,
Dives inaurati qua fluit unda Tagi,

Qua-

Quales nec latis Germania parturit arvis,
Gallica nec tellus, Auſoniumve ſolum.
Per te Luſiacos orbis mirabitur agros,
Quam ferat immenſas hic brevis Hortus opes.

Amoris ergo

Alexius Collotes de Iantilles.

PLAN-

Digitized by Google

PLANTARUM
LVSITANI VIRIDARII
ELENCHUS.

ABROTANUM mas vulgare.
Abrotanum mas alterum. *forte Abrotanum mas cum pulchris corymbis J. B. Abrotanum mas, anguſtifolium, incanum C. B. Pin.*
Abrotanum femina, hortenſe.
Abrotanum femina montanum, folio viridi. *non deſcriptum.*
Abrotanum femina montanum, folio incano. *non deſcr.*
Abrotanum femina, arboreſcens Dodonæi.
Abſinthium Luſitanorum, vulgo *Loſna.*
Abſinthium marinum, Seriphium Dioſcoridis.
Abſinthium Ponticum verum Dioſcoridis. *Cum nomen alicujus nuperi ſeu recentioris Botanici non adjiciat, ego ſane quam plantam intelligat neſcio.* Raius.
Acacia Americana Farneſiana.
Acanthium verum Dioſcoridis. *An Acanthium altiſſimum Luſitanicum Hort. Reg. Par. an aliam ſpeciem deſignet, Lectori divinandum*

nandum relinquo. Raius

Acanthus. *Erva giganta*.

Acarna umbellifera, flore patulo, Luſit. *non deſcr.*

Acer majus, Luſitanis *Platano*.

Acer minus.

Acetoſa anguſtifolia, radice prælonga tuberoſa. *non deſcr.*

Acetoſa annua, minor, *Azedas*. *non deſcr.*

Acetoſa laciniata amara, ſupina. *non deſcr.*

Acetoſa maxima, radice prælonga tuberoſa. *non deſcr.*

Acetoſa Mexiocana, annua. *non deſcr.*

Acetoſa minima auriculata, ſemper virens.

Acetoſa radice Lapathi. 1. 2. Luſit. *non deſcr.*

Acetoſa rotundifolia, Romana Lobelii.

Acetoſa rotundifolia viminea, Luſit. *non deſcr.*

Acetoſa vulgaris, Germanica.

Acinos Ruellii ſive Clinopodium Matthioli.

Aconitum flore cæruleo, Luſit. *non deſcr. Delphinium Luſitanicum glabrum, Aconiti folio I. R. H.* 426.

Aconitum flore albo, Luſit. *non deſc.*

Açorus verus.

Adiantum album ſive Capillus Veneris. *Avenca*.

Adiantum album pumilum, annuum. *non deſcr.*

Adiantum nigrum.

Adi-

Adiantum nigrum, radice prælonga arbores annoſas perreptante. *non deſcr. Filicula Luſitanica, Polypodii radice I. R. H.* 542.

Admirabilis Peruana major, flore rubro.

Admirabilis Peruana major, flore albo.

Admirabilis Peruana major, flore luteo rubro vario.

Admirabilis Peruana major, flore luteo palleſcente.

Admirabilis Peruana major, flore purpureo.

Admirabilis Peruana major, flore coccineo.

Admirabilis Peruana minor: flore albo palleſcente.

Admirabilis Peruana minor, flore luteo.

Admirabilis Peruana minor, flore rubro purpuraſcente.

Admirabilis Peruana minor, flore rubro vario.

Admirabilis Peruana minor, flore albo. *Erva triſte.*

Ægilops barbata.

Ægilops longius ſpicata.

Ægilops ſive Feſtuca.

Ageratum Dioſcoridis. Eupatorium Meſue. *Macella Franceza.*

Agnus caſtus ſive Vitex.

Agrifolium. *Azevinho.*

Agrimonia odorata, Luſit.
Alaternus. *Sanguinho*.
Alaternus altera.
Alaternus arbor, fructu rubro. *non deſcr.*
Alcea flore pleno mutabili, Frutex Japonenſis. *Roza da China. non deſcr.*
Alcea pentaphyllea, Luſit. *non deſcr.*
Alectorolophos Fiſtularia & Pedicularis dicta.
Alectorolophos flore vario, albo luteo. *non deſcr.*
Alnus.
Alnus nigra ſive Frangula.
Aloe. *Erva baboſa.*
Aloe Americana, *Pita.*
Alopecuroides ramoſa. *non deſcr.*
Alopecuros Lobelii ſive Cauda vulpina.
Alſine Chamædryoides repens.
Alſine Erinus Fab. Columnæ dicta. *Rapunculi ſpecies eſt.*
Alſine maxima, major, minor, minima. *Marugena. non deſcr.*
Alſine myoſotis ſive Auricula muris Lobelii.
Alſine ſive Morſus gallinæ, folio Hederulæ.
Alſines facie nova planta Col. *Cynocrambe legitima Dioſcoridis.*
Althæa vulgaris. *Malvayſco.*
Althæa Olbiæ Galloprovincialis.
Althæa frutex Cluſii. *Malvayſcão. Quam plan-*

plantam intelligat neſcio, nam Cluſius plures ſpecies deſcribit. Raius.

Amaradulcis. *Uva de cão.*

Amaranthus albus, ſpica rubra pendula.

Amaranthus holoſericus, purpureus, ſpicatus.

Amaranthus major. *Bredos vermelhos.*

Amaranthus major atro-purpureus.

Amaranthus tricolor. *Papagayos.*

Ammi vulgatius.

Amygdalus fructu dulci. *Amendoeira.*

Amygdalus fructu amaro.

Anagallis aquatica, longifolia.

Anagallis aquatica altera, puſilla. *non deſcr.*

Angallis aquatica tertia Lobelii. *Alfacinha do rio.*

Anagallis mas, vulgaris. *Marujem.*

Anagallis mas altera, flore amplo pulcherrimo. *non deſcr.*

Anagallis femina, vulgaris.

Anagallis femina tenuifolia, flore cæruleo amplo elegantiſſimo. *non deſcr.*

Anagallis femina tenuiſſimifolia, flore carneo pulchro. *non deſcr.*

Anagallis femina tenuiſſimifolia, puſilla, cærulea. *non deſcr.*

Anagallis femina, latifolia minor. *non deſcr.*

Anagallis femina, lalifolia altera, minima *non deſcr.*

B Ana-

Anagyris vera Dioſcoridis. *Anagyris fœtida C. B.*

Anagyris altera. *forte fœtida altera, rotundo folio C. B.*

Anchuſa fruteſcens tenuifolia, flore cæruleo viviciſſimo. *Saragaça. non deſcr.*

Anchuſa ſupina annua, flore ferrugineo. *non deſcr.*

Androſæmum vulgare.

Anethum ſegetum. *Endramo. non deſcr. Fœniculum Luſitanum, minus annuum, Anethi odore I. R. H.* 312.

Anethum vulgare. *Endro*.

Angelica montana. *Angelica*.

Aniſum.

Anthyllis leguminoſa, flore rubro pulchro. *non deſcr.*

Anthyllis leguminoſa, flore rubro, annua. *non deſcr.*

Anthyllis leguminoſa, ſiliqua veſicaria. *non deſcr.* Num *Lotus pentaphyllos veſicaria C. B? quæ a Parkinſonio Anthyllis leguminoſa veſicaria Hiſpanica rectius inſcribitur*. Raius.

Anthyllis leguminoſa, flore luteo; multis ſiliquis velut in faſciculum collectis, annua. *non deſcr.*

Anthyllis leguminoſa, ſiliqua falcata, annua. *non deſcr.*

Antirrhinum majus ſemper florens. *non deſcr.*

Num

Digitized by Google

Num *Antirrhinum Luſitanicum*, *flore rubro elegantiſſimo Par. Bat?*

Antirrhinum medium, flore albo.

Antirrhinum medium, flore albo pulchro. *non deſcr.*

Antirrhinum medium vulgare.

Antirrhinum medium, flore albo.

Antirrhinum triornitophorum. *non deſcr.*

Aparine exiliſſimis ramuſculis, major. *non deſcr.*

Aparine exiliſſimis ramuſculis, minor. *non deſcr.*

Aparine ſegetum, incurvato ſeminis pediculo. *non deſcr.*

Aparine ſegetum, ſemine Coriandi ſaccharati facie.

Aparine ſegetum minima, brumalis.

Aparine vulgaris. *Amor do Ortelão.*

Aphaca Lobelii. *Ervilhaca*

Aphaca altera, ſemine albo, nigris maculis ornato. *non deſcr.*

Apium hortenſe vulgare. *Salſa.*

Apium hortenſe *Seleri* dictum.

Apium Macedonicum verum.

Apium Macedonicum Luſit. Luſitanorum *Saxifragia. non deſcr. Smyrnium Luſitanicum minus Apii foliis I. R. H.* 316.

Apium Macedonicum Fuchſii.

Apium magnum ſive Hipposelinum Dioſcoridis, & Oluſatrum.

Apium montanum. *Salſa de Caſtanheira.*
Apium paluſtre. *Aipo.*
Apium Sii folio, annuum, Luſitanum. *non deſcr.* An *Apium Luſitanicum maximum, folio trilobato, flore luteolo Boehr. Ind. alt. I.* 58.
Apium Smyrnium Creticum dictum.
Apocynum Americanum. *non deſcr.*
Apocynum Fabii Columnæ.
Apocynum marinum Luſitanum. *non deſcript.*
Aquilegia. *Amor perfeito.*
Aquilegia flore pleno, variorum colorum.
Aquilegia montana, flore albo. *non deſcr.*
Arachidna Theophraſti.
Aracus Clematitis flore cæruleo.
Aracus Clematitis flore purpureo, pulcherrimo.
Aracus paluſtris, ſiliqua radiata. *non deſcr.*
Araci aliæ ſex varietates.
Arbor coral. *Arvore coral.*
Arbor Draco. *Arvore Dragão.*
Arbor Judæ ſive Siliquaſtrum. *Olaya.*
Arbor Muſa. *Bananas.*
Arbutus. *Madronheiro.*
Argemone capitulo torrulis cannulato. Lob.
Argemone capitulis oblongis. *Papoula.*
Ariſtolochia Clematitis Bætica Cluſ.
Ariſtolochia Clematitis ſecunda, fronde perpetua, odora.

Ari-

Digitized by Google

Ariſtolochia longa vera. *Eſtrelamim*.
Ariſtolochia polyrrhizos ſeu Piſtolochia Plinii.
Armeria prolifera Lobelii.
Artemiſia tenuifolia marina.
Artemiſia tenuiſſimo folio.
Artemiſia vulgaris.
Arundo Cypria ſeu Donax.
Arundo Cypria minor.
Arundo phragmites ſive paluſtris vulgaris.
Arundo Saccharina. *Canna de Aſſucar*.
Aſclepias ſive Vincetoxicum.
Aſpalathus Creticus.
Aſparagus ſativus.
Aſperula cærulea Lobelii.
Aſperula cærulea ſupina. *non deſcr.*
Aſperula paluſtris. *non deſcr.*
Aſplenium ſive Scolopendria. *Douradinha*.
Aſter Bæticus Cluſii.
Aſter montanus flore cæruleo amplo. *Num Aſter montanus cæruleus magno flore, foliis oblongis C. B. Pin?*
Aſter odoratus Luſitanus.
Aſtragalus ſiliqua triangulari.
Atragene Cluſii. Viorna vulgi.
Atriplex botrytis Luſitana. *non deſcr.*
Atriplex halimoides. *non deſcr.*
Atriplex marina repens.
Atriplex olida ſive fœtida.
Atriplex Polygoni folio.

Atriplex ſilveſtris. *Fedegoſa.*
Atriplex ſilveſtris ſinuata.
Avena. *Avea.*
Avena ſterilis. *Balanco.*
Auricula muris & Leporis Camerarii.
Azedarach Avicennæ. *Siccomòro.*

BAccharis vera forte Dioſcoridis. *Montana.*
Balſamina mas.
Batatas.
Bellis Bugulæ folio, major. *non deſcr.*
Bellis Bugulæ folio, minor. *non deſcr.*
Bellis fruticoſa, major, Luſitana. *non deſcr.*
Bellis fruticoſa, maxima, Luſitana. *non deſcr.*
Bellis minima, ramoſa, annua. *non deſcr.*
Bellis pratenſis.
Bellis Tanaceti folio, minor, Luſitana. *non deſcr.*
Beta alba maxima. *Aſſelgas.*
Beta marina, ſemine aculeato.
Beta radice rubra, eſculenta & alba.
Beta rubra.
Beta ſilveſtris. *Aſſelgas bravas.*
Beta vulgaris, viridis.
Betonica. *Bretonica.*
Betonica anguſtifolia odorata.
Betula.

Blat-

Digitized by Google

Blattaria flore luteo.
Blattaria flore luteo odorato, Africana.
Blattaria flore violaceo.
Blattaria flore maximo, elegans.
Blitum Americanum.
Blitum ſupinum.
Blitum vulgare eſculentum. *Bredos.*
Bombax Indica.
Bonus-henricus ſive Tota-bona.
Borrago. *Borragem.*
Borrago ſempervirens Lob.
Borrago flore albo.
Botrys.
Botrys Mexicana, Indis *Paſolle.*
Braſſica capitata alba & rubra. *Couve Murciana.*
Braſſica Sabaudica.
Braſſica cauliflora & caulirapa.
Braſſica diſſecta & criſpa.
Braſſica variegata Hondii, & prolifera.
Braſſica Napiformicoſta, Luſitana. *Coros.*
Braſſica marina ſive Soldanella.
Brunella flore violaceo & albo. *Erva ferro.*
Brunella vulgari ſimilis, ſpica longiſſima, Luſitana.
Brunella montana, conciſo folio. *non deſcr.*
Brunella montana, multifido folio, flore albo. *non deſcr.*
Bryonia alba. *Norca.*
Bryonia nigra ſive Sigillum B. Mariæ.

Bugloſſum echioides luteum, Hieracio cognatum Lob.

Bugloſſum echioides luteum, Hieracio cognatum latifolium, Luſitanum.

Bugloſſum marinum elegans. *non deſcr.*

Bugloſſum marinum, flore cæruleo pulcherrimo. *non deſcr.*

Bugloſſum vulgare. *Lingoa di vacca.*

Bulbocaſtanum tenuiter inciſo folio, Luſit. *non deſcr.*

Bulbonach ſeu Lunaria Græca annua.

Bulbonach perenne.

Buplevrum anguſtifolium Lob.

Buplevrum latifolium. *non deſcr.*

Buplevrum tenuifolium annuum. *non deſcr.* forſan *Auricula Leporis minima J. B.*

Burſa-paſtoris major & minor. *Bolſa do paſtor.*

Buxus *Buxo.*

CEpa candida & rubra. *Cebolla.*

Cepa maxima.

Cakile Serapionis Erucæ folio Lobel. ſive Eruca marina.

Calamagroſtis ſtriata ſive Sparganium.

Calamintha vulgaris. *Neveda.*

Calamintha aquatica. *Neveda do rio.*

Calamintha montana præſtantior.

Calendula. *Mervilhas.*

Calendula flore pleno, prolifera.

Ca-

Calendula ſilveſtris. *Erva vaquiera.*
Campanula minima, annua. *non deſcr.*
Canna Indica, flore rubro. *Canna d' India.*
Cannabis ſativa mas & femina. *Canhamo.*
Cannabis ſpuria 1. 2. 3. Luſitan. *non deſcr.*
Capſici ſive Piperis Braſiliani 16 varietates. *Pimentõis.*
Cardamine ſive Flos cuculi.
Cardamine minor.
Cardamine bulboſa aquatica, Luſit. *non deſcr.*
Cardiaca.
Carduus benedictus. *Cardo Santo.*
Carduus bulboſus Lobelii.
Carduus Chondrilloides Lugdunens.
Carduus coſta eſculentus melioris notæ. *Cardo.*
Carduus fullonum ſive Dipſacus ſativus. *Cardo penteadoa.*
Carduus fullonum ſilveſtris.
Carduus fullonum tertius ſive Virga paſtoris.
Carduus lacteus ſive B. Mariæ, major.
Carduus lacteus medius.
Carduus lacteus minor.
Carduus mollis ſeu Cirſium Luſitanum. *Viomal. non deſcr.*
Carduus paluſtris Luſitanus.
Carduus pineus Lobelii. Luſitanis *Cardoſo.*
Carduus ſolſtitialis, flore luteo, minor.
Carduus Sphærocephalus major & minor, perennis.

Car-

Carduus ſphærocephalus minor, annuus, ſive Crocodilium Dioſcoridis. *Erva yſquiera.*

Carduus ſtellatus ſive Calcitrapa.

Carex Loniceri ſive Sparganium ramoſum.

Carlina ſilveſtris minor Cluſii. *Cardo aſnil.*

Carlina ſilveſtris reticulato capite, elegans. *non deſcr. Hæc eſt procul dubio Carduus parvus I. B.* Raius.

Carobe ſive Ceratia. *Alfarroba.*

Carthamus ſive Cnicus. *Azafroa.*

Carthamus ſilveſtris ſeu Cnicus alter Cluſii.

Carum ſive Carvi *Alcarovia.*

Carum flore albo.

Caryophyllata montana elegans, Luſitana.

Caryophyllata vulgaris.

Caryophyllus Armerius barbatus latifolius, flore rubro albo maculato.

Caryophyllus Armerius barbatus tenuifolius, ſilveſtris.

Caryophyllus montanus major.

Caryophyllus montanus minor, elegans.

Caryophyllus montanus capillari folio.

Caryophyllorum hortenſium plurimæ varietates.

Caſia quorumdam Cluſii. *Gieſta de baſſouras.*

Caſtanea. *Caſtanheira.*

Cataria vulgaris Germanica.

Cata-

Digitized by Google

Cataria radice tuberoſa, flore cæruleo ſpicato. *non deſcr. Cataria Luſitanica erecta, Betonicæ folio, tuberoſa radice I. R. H.* 202.

Cataria radice tuberoſa, flore albo ſpicato.

Cataria radice Centaurii minoris, flore purpureo. *non deſcr.*

Caucalis nodoſa, ſemine echinato C. Bauhini.

Caucalis pumila marina Bætica Cluſii.

Caucalis magno echinato ſemine. *non deſcr.*

Caucalis umbella ampla hiſpida. *non deſcr.*

Caucalis folio Cerefolii ſegetum. *non deſcr.*

Has tres plantas ab aliis editas ſuſpicor, quamvis auctor noſter pro non deſcriptis habeat. Raius.

Caucalis vulgatiſſima. hortis familiaris.

Celaſtrus Luſitana. *Samoca.*

Centaurium majus alterum Cluſii. Rhaponticum offic.

Centaurium minus vulgare. *Fel da terra.*

Centaurium minus alterum, Luſitanum. *non deſcr.*

Centaurium minus luteum perfoliatum Lobelii.

Centaurium minus luteum ſive novum Fab. Columnæ.

Centaurium minus ſpicatum, Luſitanum. *non deſcr.*

Centauroides Luſitana. *non deſcr.*

Cen-

Centauroides lutea, capitulo ſpinoſo, annua. *non deſcr.*
Cepea Matthioli.
Ceraſorum variæ ſpecies. *Ginjas* & *Cerejas.*
Cerefolium hortenſe.
Cerefolium ſilveſtre.
Cerinthe major verſicolor.
Cerinthe minor, flore albo luteo vario.. *non deſcr.*
Chamædrys multifida ſpinoſa odorata. *non deſcr.*
Chamæleon albus verus. *Cardo mataçaon.*
Chamæmelum capite nudo, vulgare. *Macella gallega.*
Chamæmelum paluſtre, trimeſtre. *non deſcr.*
Chamæmelum Romanum.
Chamæleontioides. *Ros ſolis Luſitan. foliis Aſphodeli minoris I. R. H.* 245.
Chamæpytis officinarum.
Chamæripnes. *Palmeira das baſſouras.*
Chamæſyce.
Chelidonium majus. *Celidonia.*
Chelidonium minus alterum, Luſitanum.
Chondrilla puſilla bulboſa Lobelii. *Scrophularia.*
Chondrilla puſilla bulboſa atro purpurea. *non deſcr.*
Chondrilla altera Dodonæi.
Chondrilla rara purpurea, ſemine deciduo Lobelii.

Chon-

Digitized by Google

Chondrilla viminea Lobelii.
Chryſanthemum Bellidis folio ſerrato, elegans. *non deſcr.*
Chryſanthemum Creticum, flore albo.
Chryſanthemum Creticum, flore luteo. *Malmequeres.*
Chryſanthemum litoreum Lobelii.
Chryſanthemum ſegetum Bellidis folio: *non deſcr.*
Chryſanthemum ſegetum ſupinum.
Chryſanthemum Valentinum Cluſii alterum. *non deſcr.*
Chryſocome ſive Stœchas citrina Hiſpanica.
Chryſocome ſive Stœchas citrina altera.
Chryſocome ſive Stœchas citrina tertia Lobelii. Luſitanis *Alecrim das paredes.*
Chryſocome ſive Stœchas citrina odoratiſſima. *non deſcr.*
Chryſocome ſive Stœchas citrina, flore globoſo majore. *non deſcr.*
Chryſocome ſive Stœchas citrina polyclonos. *non deſcr.*
Chryſocome ſive Stœchas citrina, petræa. *non deſcr.*
Cicer album & rubrum. *Grão.*
Cicer orobæum Lobelii.
Cicerula ſativa, ſemine albo. *Chicharos.*
Cicerula ſativa, ſemine fuſco maculato.
Cicerula ſilveſtris, ſemine fuſco 1. & 2. *non deſcr.*

Cice-

Cicerula ſilveſtris, ſemine fuſco, ſubterraneo. *non deſcr.*
Cichorium ſive Cichorea campeſtris. *Almetrão.*
Cichorium campeſtre, flore albo & rubro.
Cichorium campeſtre æſtivum ſeu annuum. *non deſcr.*
Cichorium luteum Lobelii. *Almiroa.*
Cicuta. *Anarinha.*
Ciſtus annuus 1. Cluſii.
Ciſti annui 12. ſpecies, pleræque non deſcriptæ.
Ciſtus mas 1. 2. 3. Cluſii. *Roſelha.*
Ciſtus femina.
Ciſtus foliis Halimi 1. 2. Cluſii. *Saragaça.*
Ciſtus humilis Plantaginis folio. *Arcal*, admirandæ virtutis detergentis & mundificativæ.
Ciſtus humilis Sampſuchi folio. *non deſcr.*
Ciſtus Sampſuchi folio.
Ciſtus Thymi folio 1. 2.
Ciſtus Ledon 1. Cluſii. *Eſtevas.*
Ciſtus Ledon latifolius 2. Cluſii.
Ciſtus Ledon 3. 4. 5. Luſitanus.
Ciſtus Ledon 5. 6. 8. Cluſii. *Eſtevão.*
Ciſtus Ledon Roriſmarini folio, flore albo. *non deſcr.*
Clematis ſeu Viorna Atragene.
Clematis altera ſive Flammula repens Dodonæi.

Cle-

Digitized by Google

Clematis Daphnoides major. *Congoſſa*.
Clematis Daphnoides major, flore albo, *non deſcr*.
Cochlearia vulgaris.
Cochlearia puſilla montana. *non deſcr.*
Colocynthis pomiformis.
Colocynthis pyriformis minor. *Cabacinhas.*
Colutea veſicaria.
Conſolida regalis flore ſimplici & pleno, variorum colorum. *Eſporas de Cavalleiro.*
Conſolida regalis ſilveſtris, flore cinereo cæruleo. *non deſcr. Hanc eamdem eſſe ſuſpicor cum Delphinio flore minore obſolete cæruleo, folio latiore.* Raius.
Convolvulus Althææ folio Cluſii.
Convolvulus campeſtris, flore cæruleo 1. 2. *non deſcr.*
Convolvulus campeſtris, flore albo. *non deſcr.*
Convolvulus hortenſis, folio integro, flore cæruleo. *non deſcr.*
Convolvulus hortenſis, hederaceo folio, flore cæruleo.
Convolvulus major vulgaris. *Trepadeira.*
Convolvulus minor vulgaris. *Verdeſelha.*
Convolvulus niger Dodonæi.
Conyza major vera Dioſcoridis. *Taveda.*
Conyza major Matthioli.
Conyza media vulgaris.
Conyza minor vera Dioſcoridis Lobelii.

Co-

Conyza viminoſa, Luſitana. *non deſcr.*
Coriandrum. *Coentro.*
Coronopus. *Guiabella.*
Coronopus repens.
Corruda 1. 2. 3. Cluſii. *Eſpargos.*
Corylus ſativa & ſilveſtris. *Aveleira.*
Coſtus hortenſis ſive Mentha corymbifera. *Ortelãa Franceza.*
Cotula fœtida.
Cotyledon maximum, Luſitanum. *non deſcr.*
Cotyledon paluſtre.
Cotyledon vulgare ſeu umbilicus Veneris. *Conchelas.*
Crithmum ſeu Fœniculum marinum. *Perregil do mar.*
Cucumer ſativus. *Pepino.*
Cucumer ſilveſtris, Elaterium. *Pepino do S. Gregorio.*
Cucurbita maxima conditur æ. *Abobora de conſerva.*
Cucurbita vervecina. *Abobora de carneiro.*
Cucurbita in orbem tumeſcens. *Abobora de gaine.*
Cucurbita lagenaria major & minor. *Cabaça.*
Cucurbita lagenaria oblonga piſcatoria.
Cuminum ſativum.
Cuminum ſilveſtre. *Cominhos rúſticos.*
Cupreſſus arbor. *Cipreſte.*

Cyanus

Digitized by Google

Cyanus hortenſis variorum colorum. *Fidalguinhos*.
Cyclaminus. *Pão porcino*.
Cyclaminus hederæ folio.
Cymbalaria.
Cynara hortenſis. *Alcachofras*.
Cynara maxima, capite magno.
Cynara ſpinoſa, coſtis eſculentis. *Cardo*.
Cynara ſilveſtris latifolia, Scolymos ſilveſtris Lobelii.
Cynara ſilveſtris anguſtifolia, Luſitana. Echini licet ſpinoſiſſimi antequam aperiuntur, & crudi & elixi eſitantur. *Alcachofras bravas*.
Cynocrambe ſive Mercurialis ſilveſtris, mas & femina.
Cynocrambe vera Dioſcoridis.
Cynogloſſa vulgaris. *Macavallo*.
Cynogloſſa altera, Luſitana.
Cyperus radice longa, odorata. *Albafor*.
Cyperus rotunda odorata minor, Luſitana.
Cyperus radice rotunda eſculenta ſeu Traſi. *Junças*.
Cyperus radice rotunda, inodora, Luſitana. *non deſcr.*
Cyperus radice rotunda, inodora, marina. *non deſcr.*
Cytiſus ſpurius 1. 2. *non deſcr.*
Cytiſus 2. Cluſii. *Codeſſo*.
Cytiſus verus Maranthæ.

DAucus Creticus verus, primus Dioſcoridis. *Ditamo*.
Daucus Creticus ſecundus, umbellis per caulem ſparſis.
Dens Leonis, Taraxacon officinarum.
Dentillaria Rondeletii. Herba S. Antonii.
Digitalis flore purpureo & albo. *Erva dedal.*
Digitalis flore ferrugineo & luteo.
Digitalis flore luteo villoſo, major & minor.
Doronicum anguſto folio, Tranſtaganum.
Doronicum Hiſpanicum Cluſii.
Doronicum rotundifolium.
Dryopteris ſive Filix querna.
Dryopteris ſecunda, Luſitana. *non deſcr.*
Drypis ſeu Onopyxos.

EBulus. *Engos*.
Echium latifolium.
Echium flore albo & carneo.
Echium Creticum flore purpureo.
Echium anguſtifolium.
Echium pumilum, flore luteo, annuum. *Num Echioides lutea minima campeſtris Col?* Raius
Echium ſive Lycopſis hiſpidiſſima. *non deſcr.*
Elatine rotundifolia, flore cinericio 1. 2.

Ela-

Elatine rotundifolia, flore luteo.
Elatine rotundifolia, lanuginoſa, erecta.
Elatine Sagittæ folio, minima, Luſitana. *non deſcr.*
Equiſetum 1. & 2. Matthioli. *Cavallinha.*
Equiſetum 3. Matth. Lob. Lugd. & alia quatuor genera.
Erica unionifera X. Cluſii. *Camerinheira.*
Ericæ aliæ 12. ſpecies. *Eſtorga.*
Ericæfolia planta, ſupina, marina. *Elleborinha. Num Erica maritima Anglica ſupina Park?* Raius.
Erinacea altera Luſitana. *Geniſta-ſpartium Luſitanicum argenteum, validiſſimis aculeis munitum, copioſo flore I. R. H. 646.*
Eruca criſpo folio, Luſit. *non deſcr.*
Eruca latifolia ſativa, flore pallido.
Eruca latifolia Scalbricenſis. *non deſcr.*
Eruca lacuſtris elegans, Luſit. *non deſcr.*
Eruca Naſturtii folio, Luſit. *non deſcr.*
Eruca pumila ſupina brumalis, Luſit. *non deſcr.*
Eruca tenuifolia ſilveſtris, Belgica.
Eruca marina ſive Cakile Serapionis.
Erucago Apula Col.
Ervilia ſeu Ochros Dalech. Dodonæi, Lob.
Eryngium vulgare. *Cardo corrodor.*
Eryngium folio integro, Bæticum. *non deſcr.*
Eryngium marinum.

Eryngium minus montanum, flore cæruleo pulchro. *non deſcr.*

Eryngium minus, paluſtre, odoratum. *non deſcr.*

Eryngium pumilum Cluſii.

Eryngium pumilum, Luſitanum, ſupinum. *non deſcr.*

Eryſimum Pen. Lob. Matth. C. Bauhini.

Eryſimum alterum Matthioli.

Eryſimum 2. Tabern. i. e. alterum, ſiliquis Erucæ C. B.

Eryſimum flore albo.

Eſula major Dod. Lugd. Turpethum nigrum Actuarii vulgo. Mirifice ſed non ſine noxa purgat.

Eſula minor officinarum Pen. Lob. Dod. non minus quam ſuperior purgat.

Eſula minor alia, polyrrhizos. *Erva de Joanno Piras*. purgat ut ſuperiores.

Eſula minor ericetorum, fere aphyllos. *non deſcr.*

Eſula pumila ſupina, cauliculis valde folioſis humi ſtratis. *non deſcr.*

Eupatorium adulterinum ſive aquaticum Fuchſii, vel Eupatorium cannabinum C. Bauhini, vel Eupatorium vulgare Matthioli.

Eupatorium cannabinum femina Lobel.

Euphraſia pumila verna, Luſit. *Efraſia*. *non deſcr.*

Eu-

Digitized by Google

Euphraſia lutea odorata montana. *non deſcr.*
Euphraſia ſcoparia, flore luteo. *Matapulgas. non deſcr.*
Euphraſia aſpero valde fragili folio, montana, perennis. *Chamedris. non deſcr.*

FAba Græca ſilveſtris 1. & 2. Luſitan. *non deſcr.*
Faba vulgaris major & minor.
Fagopyrum Dodonæi. Eryſimum Theophraſti.
Fagus. *Faya.*
Ferrum equinum. *Esferro Cavallo.*
Ferula major.
Ficus ſativa, fructu albo & nigro. *Figueira.*
Ficus fructu præcoci & ſerotino eadem arbore.
Ficuum aliæ quatuor varietates.
Ficus ſilveſtris.
Ficus Indica ſive Opuntia major. *Figuera do Inferno.*
Filipendula.
Filix mas & femina. *Feto.*
Filix elegans 1. & 2. *non deſcr.*
Filix florida.
Flos Adonis. Eranthemum Dioſcoridis.
Flos Africanus major, flore ſimplici & pleno.
Flos Africanus minor, flore ſimplici & pleno.

no. *Cravos d' India.*

Flos maximus. *Giganta.*

Flos ſolis tuberoſus Indicus, ſive Adenes Canadenſis.

Fœniculum ſilveſtre. *Funcho.*

Fœniculum ſilveſtre, ſupinum.

Fœniculum dulce, Azoricum, umbella ampla.

Fœniculum aquaticum.

Fœnum Græcum. *Ervinha, & Alforvas.*

Fragaria. *Morangas.*

Fraxinella flore purpureo & albo, major & minor.

Fraxinella flore albo, minor. Dictamnum album officinis.

Fraxinus. *Freixo.*

Frutex coronarius Cluſii ſeu Syringa alba.

Fumaria vulgaris. *Erva melarinha.*

Fumaria bulboſa, major & minor.

Fumaria major clematitis.

Fumaria tenuifolia ſeu Capnos tenuifolius Lob.

Fungorum aliquot ſpecies. *Cugumelos.*

GAgel ramulis albis, majus, Luſit. *non deſcr.*

Gagel ramulis rubris, majus, alterum. *non deſcr.*

Galega alte aſſurgens, Luſit. *non deſcr.*

Gale-

Galeopſis legitima Cluſii, ſive Galeopſis purpurea Lob. Urtica iners Dod. *Urtiga morta*.

Gallium ſive Mollugo vulgaris, flore albo.

Gallium ſive Mollugo altera.

Gallium flore luteo, annuum, Luſitan. *non deſcr.*

Geniſta hortenſis major, odorata. *Gieſta. Geniſta hortenſis major, Luſitana Boerh. Ind. alt. II. 23.*

Geniſta flore albo, monoſpermos.

Geniſta ſilveſtris vulgaris.

Geniſta ſilveſtris repens, amplo flore, Luſit. *non deſcr.*

Geniſta ſpinoſa vulgaris.

Geniſta ſpinoſa, flore luteo ſpicato, Luſit. *non deſcr.*

Geniſta pumila, Touronenſis, Luſit. *non deſcr.*

Geranium cicutarium vulgare. *Bico di Cigonha.*

Geranium cicutarium moſchatum.

Geranium Cicutæ folio montanum, trimeſtre. *non deſcr.*

Geranium Cicutæ folio repens, Tranſtaganum.

Geranium batrachioides, flore cæruleo.

Geranium batrachioides majus, flore albo.

Geranium columbinum vulgare & multifidum

Geranium Creticum acu prælonga.

Geranium Malacoides Lobelii.

Geranium Malacoides hirſutius. *non deſcr.*

Geranium Robertianum.

Geranium Robertianum, folio Geranii columbini. *non deſcr.*

Geranium Staphidis-agriæ folio, longius radicatum. *non deſcr.*

Geranium Virginianum, flore pulchro, ſtriato.

Gingidium ſive Viſnaga.

Gingidium ſeu Viſnaga pumila montana, Luſit. *non deſcr.*

Glaſtum ſive Iſatis. *Paſtel.*

Glaux ſemine echinato 1. & 2. Luſit.

Glaux ſupina, Luſitana. *non deſcr.*

Glaux ſupina viminoſa, Luſitana. *non deſcr.* *Barba Jovis minor, Luſitana, flore minimo variegato I. R. H.* 651.

Glycyrrhiza vulgaris. *Alcaçus.*

Glycyrrhiza altera vera Dioſcoridis.

Gnaphalium vulgare ſive Filago.

Gnaphalium minus ſive Filago minor.

Gnaphalium minimum.

Gnaphalium ſupinum. *Gnaphalodes Luſitana I. R. H.* 439.

Gnaphalium lanuginoſum album paluſtre. *non deſcr.*

Gnaphalium marinum legitimum Dioſcoridis.

Gna-

Digitized by Google

Gnaphalium roſeum, Luſitanum. *non deſcr.*
Gnaphalium ſupinum, echinato ſemine, *non deſcr.*
Gnaphalium Americanum. *Perpetua.*
Gramen Ægilops longius ſpicatum, Luſit. *non deſcr.*
Gramen Ægilops prælongis ariſtis vallatum. *non deſcr.*
Gramen Ægilops Narbonenſe Lobelii.
Gramen agrorum, Venti ſpica Lobelii.
Gramen alopecurus Lobelii.
Gramen alopecurus lanuginoſus.
Gramen alopecuroides vulgare.
Gramen alopecuroides minus.
Gramen alopecuroides paluſtre Lobelii.
Gramen alopecuroides paluſtre nodoſum ſeu bulboſum. *non deſcr.*
Gramen alopecuroides hirſutum paluſtre, Luſitanum. *non deſcr.*
Gramen alopecuroides aquaticum, Touronenſe. *non deſcr.*
Gramen alopecuroides ſegetum, elegans. *non deſcr.*
Gramen alopecuroides campeſtre vernum, Luſit. *non deſcr.*
Gramen amabile tremulum maximum, panicula alba.
Gramen amabile tremulum maximum, panicula ſpadicea.
Gramen amabile tremulum majus, paniculis

lis elegantiſſimis. *non deſcr.*

Gramen amabile tremulum minus, ſpecioſum.

Gramen amabile tremulum minimum, elegans. *Bollebolle. non deſcr.*

Gramen arundinaceum ſtriatum, longius radicatum. *non deſcr.*

Gramen aquaticum fluitans, multiplici ſpica.

Gramen aquaticum ſpicatum Lobelii.

Gramen avenaceum alopecuroides. *non deſcr.*

Gramen avenaceum autumnale, ampla panicula. *non deſcr.*

Gramen avenaceum bulboſum, Luſitan. *non deſcr.*

Gramen avenaceum, capillari tenuiſſimo folio. *non deſcr.*

Gramen avenaceum elegans, Salacienſe. *non deſcr.*

Gramen avenaceum, longa contractiore panicula.

Gramen avenaceum pratenſe, Luſitanum.

Gramen avenaceum tremulum montanum, elegans. *non deſcr.*

Gramen bromoides paniculatum, molle, marinum. *non deſcr.*

Gramen bromoides paniculatum, molle, ariſtis recurvis obſitum, elegans, Luſitanum. *non deſcr.*

Gra-

Gramen canarium pumilum ſupinum, Luſitanum. *non deſcr.*

Gramen canarium ſeu medicatum Lobelii.

Gramen canarium, ſpica ampla, Luſitanum. *non deſcr.*

Gramen criſtatum pratenſe C. Bauhini.

Gramen criſtatum pratenſe, Luſitanum.

Gramen cuſpidatum odoratum pratenſe. *non deſcr.*

Gramen cyperoides, caudatis ſpicis.

Gramen cyperoides, caudatis ſpicis, intortis. *non deſcr.*

Gramen cyperoides, cyperi veri umbellis, venuſtiſſimum, puſillum, autumnale. *non deſcr.*

Gramen cyperoides aliud pumilum autumnale, elegans. *non deſcr.*

Gramen cyperoides tertium pumilum autumnale, globoſis capitulis. *non deſcr.*

Gramen cyperoides echinatum.

Gramen cyperoides marinum. Juncus maritimus Lobelii.

Gramen cyperoides Vetonicæ caryophyllatæ folio, ſimplici ſpica.

Gramen cyperoides Vetonicæ caryophyllatæ foliis, triplici & quadruplici ſpica. *non deſcr.*

Gramen dactylon Canarium Lobelii. *Eſcalracho.*

Gramen dactylon iſchæmon vulgare Lob.

Gra-

Digitized by Google

Gramen dactylon tertium, ſpicis villoſis.

Gramen dactylon eſculentum. Gramen mannæ Matthioli.

Gramen dactylon ſcoparium, Luſitanum.

Gramen duplici ſeu medio aperta ſpica. *non deſcr.*

Gramen, Feſtuca avenacea maxima, major, minor, minima. *non deſcr.*

Gramen Geranites intractabile. *non deſcr.*

Gramen hirſutum nemoroſum Lobelii.

Gramen hirſutum nemoroſum aliud, Luſitanum. *non deſcr.*

Gramen holoſteum Matthioli.

Gramen holoſteum Matthioli, pluribus granis in capitula congeſtis, majus & minus. *non deſcr.*

Gramen holoſteum idem, apice ornatum. *non deſcr.*

Gramen holoſteum polyſpermon, Luſitanum. *non deſcr.*

Gramen hordaceum vulgare Lobelii.

Gramen hordaceum alterum, Luſitanum.

Gramen hordaceum tertium marinum pulchrum. *non deſcr.*

Gramen junceum capitatum. *non deſcr.*

Gramen junceum conatum. *non deſcr.*

Gramen junceum conatum, apice donatum. *non deſcr.*

Gramen junceum pluribus capitulis in unum congeſtis. *non deſcr.*

Gra-

Gramen juncoides, contractiore panicula. *non deſcr.*

Gramen juncoides, ſparſa panicula 1. 2. 3. 4. Luſit. *non deſcr.*

Gramen marinum paniculoſum.

Gramen miliaceum ſegetum, Luſitanum.

Gramen miliaceum æſtivum veſtibus infeſtum. *Milhãa.*

Gramen miliaceum pumilum elegantiſſimum. *non deſcr.*

Gramen minimum Dalechampii.

Gramen paluſtre paniculoſum.

Gramen paluſtre ſeu aquaticum paniculoſum dulce. *forſan idem ac Gramen Anglicum aquaticum miliaceum.* Raius.

Gramen paniceum, ſimplici ſpica.

Gramen paniceum, ſpica ariſtis longis armata.

Gramen paniceum, ſpica aſpera.

Gramen paniceum, ſpica parva leviter hirſuta.

Gramen paniceum, plurimis ſpicis obtuſis per culmum ſparſis.

Gramen paniceum, pluribus ſpicis congeſta panicula.

Gramen phalaris dictum.

Gramen phalaris altera, Luſit. *non deſcr.*

Gramen phalaroides 1. 2. 3. bulboſum. *non deſcr.*

Gramen phœnix alata venuſtiſſima. *non deſcr.*

Gra-

Gramen phoenix apicibus donata. *non deſcr.*

Gramen phoenix calva ſpica.

Gramen phoenix, calva falcata ſpica minima. *non deſcr.*

Gramen phoenix multiplicibus granis ſpicata *non deſcr.*

Gramen phoenix multis tenuibus granis ſpicata, elegans. *non deſcr.*

Gramen phoenix pluribus tenuibus granis denſe ſpicata. *non deſcr.*

Gramen phoenix piloſa ſpica. *non deſcr.*

Gramen phoenix ramoſa maritima. *non deſ.*

Gramen phoenix rariore grano, longius ſpicata. *non deſcr.*

Gramen plumoſum parietinum pulcherrimum. *non deſcr.*

Gramen pratenſe brevi folio, radice nodoſa vernum. *non deſcr.*

Gramen pratenſe majus, glumis albis & ruſeſcentibus.

Gramen pratenſe minus, vulgatiſſimum.

Gramen ſecalinum bulboſum, ſpica longa, multis longiſque ariſtis obſita, Luſit. *non deſcr.*

Gramen ſegetum panicula latiore Lobelii.

Gramen ſegetum panicula ſericea contracta. *non deſcr.*

Gramen ſegetum panicula ſericea ſparſa. *non deſcr.*

Gramen ſorghi panicula, erectum, & alterum.

Gra-

Gramen ſparteum 1. panicula comoſa.

Gramen ſparteum 2. panicula brevi folliculo incluſa.

Gramen argentea caudata ſpica, ſparteum, longius radicatum, Luſit. & Bæticum.

Gramen ſparteum avenacea panicula dumetorum. *non deſcr.*

Gramen ſparteum majus & minus, marinum.

Gramen typhinum vulgare & minus.

Gramen typhinum, longa caudata ſpica. *non deſcr.*

Gramen toroſum aquaticum. *non deſcr.*

Gramen toroſum campeſtre.

Gramen toroſum, Luſitanum.

Gramen tribuloides majus.

Gramen tribuloides minus Fabii Columnæ.

Gramen triviale ruderum & murorum, miliacea pendula panicula, Luſitanum. *non deſcr.*

Gramen xerampelinum Lobelii.

Gramen xerampelinum latifolium minus, ſparſa panicula.

Gramen xerampelinum latifolium, brevi panicula, longius radicatum.

Gramen xerampelinum, tenui breviſſimo folio, panicula contractiore.

Gratiola vulgaris.

Gratiola alia, Luſitana; pituitam ac bi-

lem

lem ſuperne ac inferne vehementer purgans.

Groſſularia.

HAlimus 1. Cluſii. *Salgadeira.*

Halimus Portulaca marina dictus.

Halimus annuus, Luſitanus.

Hedera corymbifera. *Eira.*

Hedera terreſtris ſive Chamæciſſus Dioſcoridis.

Hedyſarum ſeu Securidaca, ſiliqua falcata.

Hedyſarum ſeu Securidaca peregrina Cluſii.

Hedyſarum clypeatum Lobelii.

Helenium ſive Enula campana.

Heliochryſum Cluſii. *Macella ſedegoſa.*

Heliochryſum aliud.

Heliotropium majus vulgare. *Tornaſol.*

Heliotropium ſupinum Cluſii.

Heliotropium ſupinum alterum, Luſitanum. *non deſcr.*

Heliotropium ſupinum tertium, Bæticum. *non deſcr.*

Heliotropium minimum Lobelii, *quod diſtinguit a ſupino Cluſii.* Raius.

Heliotropium tricoccon.

Helleboraſtrum. *Erva beſteira.*

Hemionitis.

Hepatica ſive Lichen.

Hepatica paluſtris.

Herba Doria.

Digitized by Google

Herniaria. *Erva Turca.*

Herniaria Alſinitis annua. *non deſcr.*

Herniaria Alſinitis annua, marina. *non deſcr.*

Herniaria Alſinitis annua, tertia, minor. *non deſcr.*

Herniaria erecta annua, Luſitana. *non deſcr.*

Herniaria hirſuta ſegetum annua, Luſit. *non deſcr.*

Herniaria marina, Luſitana. *non deſcr.*

Heſperis Italica.

Hieracium Aſphodeli bulbis. *non deſcr.*

Hieracium barbatum.

Hieracium barbatum medio nigrum.

Hieracium Cichorium luteum dictum.

Hieracium Dentis-Leonis facie peregrinum.

Hieracium falcatum, ſive ſtellatum Lobelii.

Hieracium flore luteo, foris purpuraſcente, minus. *non deſcr.*

Hieracium graveolens. *non deſcr. Non diverſum eſſe exiſtimo ab Hieracio Caſtorei odore.* Raius.

Hieracium graveolens, ſuaverubente flore a Fab. Columna deſcriptum. *Nec aliter fere a præcedente differt quam floris colore.* Raius.

Hieracium hirſutius 1. 2. 3. Luſitanum.

Hieracium lanuginoſum, flore albo palleſcente. *non deſcr.*

Hieracium lanuginoſum, flore luteo, item

aureo. *non deſcr.*

Hieracium latifolium, radice reptatrice. *non deſcr.*

Hieracium ſtellato ſemine annuum, cujus folia idonea acetariis. *non deſcr.*

Hieracium ſupinum verrucarium. *non deſ.*

Hieracium verrucarium erectum. *non deſcr.*

Holoſteum Salmanticum Cluſii.

Holoſteum Salmanticum puſillum, annuum. *non deſcr.*

Hordeum. *Cevada.*

Hordeum nudum. *Cevada ſanta.*

Horminum hortenſe *Scarlea* dictum.

Horminum ſilveſtre 1. flore vario. *non deſ.*

Horminum ſilveſtre 2. & 3. flore purpuraſcente. *non deſcr.*

Horminum ſilveſtre 4. latifolium, flore amplo cæruleo. *non deſcr.*

Horminum ſilveſtre 5. latifolium, flore amplo albo. *non deſcr.*

Horminum ſilveſtre, flore cæruleo exiguo. *forſan Anglicum ſeu Lavendulæ flore Cluſii.* Raius.

Horminum luteum ſeu Colus Jovis. *Gallo-criſta.*

Hydropiper ſive Perſicaria mitis, maculoſa.

Hydropiper ſive Perſicaria puſilla, repens. *non deſcr.*

Hyoſcyamus albus. *Meimendro.*

Hyoſcyamus luteus & niger.

Hyo-

Hyoſcyamus flore aureo Alpini.
Hypecoum Cluſ. Geſn. Dodon.
Hypericum Aſcyrum dictum.
Hypericum vulgare *Mel-furado*.
Hypericum minus ericetorum, Luſitanum. *non deſcr.*
Hypericum minimum ſupinum ſeptemtrionalium Lobelii.
Hypericum tomentoſum 1. 2. paluſtre. *non deſcr.*
Hypericum tomentoſum ſupinum Cluſii. *Eroca.*
Hyſſopus flore albo & rubro.

JAcea maxima, Luſitana. *Lavapee. non deſcr. Jacea Luſitana maxima ſemper virens. Act. Ac. R. Sc. Par.* 85.
Jacea Helenitis paluſtris, Luſit. *non deſcr.*
Jacea lanuginoſa paluſtris, flore purpureo. *non deſcr.*
Jacea latifolia campeſtris, capite ſpinoſo. *Artſol.*
Jacea latifolia acaulos, capite ſpinis horrido. *non deſcr.*
Jacea tenuifolia, capite ſpinoſo, Cetobrigenſis. *non deſcr.*
Jacea tenui diviſio folio, flore luteo. *non deſcr.*
Jacea ſupina hæmorrhoidalis, flore rubro,

purpureo, albo, & variegato. *Cardinho per las almorramas. non deſcr.*

Jacobæa vulgaris. *Taſneira.*

Jacobæa latifolia, Bætica.

Jacobæa marina ſive cineraria.

Jaſminum vulgare. *Jaſmins.*

Jaſminum Indicum, flore luteo, odoratiſſimo.

Jaſminum Azoricum, flore albo.

Jaſminum Polemonium Monſpel. dictum.

Jaſminum Valentinum ſeu Catalonicum.

Iberis Hiſpanica.

Iberis minor Cardamantica.

Ilex aculeata, & non aculeata. *Carvalho.*

Ilex coccigria. *Carraſco.*

Ilex cujus glandibus in Luſitania & Bætica veſcuntur. Eſculus verus antiquorum. *Enzinheira.* De hujus arboris fructu intelligendus eſt Plinius ubi ſcribit: *Quin & hodie in Hiſpania ſecundis menſis Glans inſeritur.*

Intybum anguſtifolium.

Intybum criſpum.

Intybum latifolium. *Chicoria.*

Juncaria Salmanticenſis Cluſii.

Juncus acutus vulgaris. *Junca.*

Juncus lævis, panicula ſparſa, major & minor.

Juncus lævis, panicula pluribus globulis congeſta, e medio culmo prodeunte.

Ju-

Juncus exiguus paluſtris. *Quam Junci ſpeciem intelligat neſcio*. Raius

Juncus ſive Scirpus medius.

Juncus maximus ſive Scirpus major. Mariſcus Plinii.

Juniperus vulgaris. *Simbro*.

Juniperus major Cluſii. *Sabina*.

KAli majus cocheleato ſemine.

Kali geniculatum ſive vermiculatum.

Kali ſpinoſum.

Kali aliæ tres ſpecies.

LAbruſca.

Laburnum majus.

Lachryma Job. *Lagrimas de N. Senhora*.

Lactuca verna & æſtiva. *Alface*.

Lactuca capitata, alba & rubra.

Lactuca rubra major.

Lactuca ſilveſtris vera Dioſcoridis.

Lactuca ſilveſtris major. *Saralho, Endivia*.

Lactuca ſilveſtris ſoporifera, odore Opii.

Lactuca ſilveſtris major, calceato caule. *non deſcr.*

Ladanum ſegetum ſive Nigellaſtrum.

Lagopus vulgaris, Luſitanus. *Orelha de lebre*.

Lagopus minor Luſitanus.

Lagopus anguſtifolius Hiſpanicus Cluſ. Tri-

folium Hiſpanicum anguſtifolium, flore dilute rubente C. B. Pin.

Lagopus paluſtris, ſpica rigida. *non deſcr.*

Lagopus ſtellaris Bauhini.

Lagopus ſupinus, capite compreſſo. *non deſcr.*

Lagopus major, flore rubro.

Lapathum acutum. *Labaça.*

Lapathum maculatum Luſitanum.

Lapathum ſanguineum hortenſe.

Lapathum hortenſe *Patientia* dictum.

Lapathum anguſtifolium paluſtre.

Lappa major ſive Perſonata. *Pega-maſſa.*

Lappa minor ſive Xanthium.

Lathyris ſeu Cataputia minor Offic. *Tartagos.*

Lathyrus ſegetum major vulgaris. *Ervilhaca.*

Lathyrus ſegetum, flore luteo.

Lathyrus ſegetum, ſemine nigro, exquiſite rotundo. *non deſcr.*

Lathyrus ſegetum, ſemine nigro, exacte rotundo, minor. *non deſcr.*

Lathyrus ſegetum minor, ſiliqua articulata. *non deſcr.*

Lathyrus paluſtris ericetorum. *non deſcr.*

Lathyrus paluſtris ſiliqua aſpera, Luſit. *non deſcr.*

Lathyrus anguſtifolius Americanus, flore cæruleo.

Lathyrus minimus leptomacrolobus, Luſit. *non deſcr.*

La-

Lathyrus tuberoſus ſive glans terræ.
Lavendula anguſtifolia, & ſerrato folio.
Lavendula multifida Cluſii.
Laurus fructu majore. *Loureiro*.
Laurus bacca minore.
Laurus Americana.
Laurus Tinus 1. & 2. Luſit. *Folhada*.
Lens major, minor, & fuſca. *Lentilhas*.
Lens maculata, elegans Lac.
Lens paluſtris Matth. Lob. Caſt. *Lentilhas do rio*.
Lens paluſtris quadrifolia C. B. paluſtris 2. Matth.
Lenticula marina Serapionis Lob. Lugd. *Sargazo*.
Lenticula marina ſerratis foliis Lob. Lugd.
Lentiſcus. *Aroeira*.
Lepidium Æginetæ, Plinii, Matth.
Leucanthemum ſegetum folio ſerrato. *Margarça non deſcr.*
Leucanthemum Heliochryſi folio. *non deſcr.*
Leucoium hortenſe incanum, flore albo, violaceo, rubro, vario.
Leucoium hortenſe viride, flore luteo. *Goivos*.
Leucoium ſilveſtre, flore purpureo, ſupra Scalbrim.
Leucoium ſilveſtre, minimum, Scalbricenſe.
Leucoium marinum minus. *Eroca marinha.*

Leucoium marinum majus.
Libanotis cachrifera. *Erva yſqueira.*
Libanotis latifolia, Aquilegiæ folio. *non deſcr.*
Libanotis verior, rigidiore folio. *Funcho di porco.*
Lichen maritimus ſive Lactuca maritima C. Bauh. Lob.
Lichen maritimus, flore rubente, flaveſcente, & viridi Lob.
Liguſtrum Brunf. Fuch. Lob. Lac. Geſneri.
Lilac ſeu Syringa flore cæruleo. Clus. Cam.
Lilac flore albo pendulo, odoratiſſimo. *Azarrira.*
Lilium convallium.
Limonium vulgare. *Acelgar bravas.*
Limonium Lychnidis coronariae folio, Luſit. *non deſcr. Limonium maritimum villoſis foliis, Luſitanum Pluk. Almag.*
Limonium minus latifolium. *non deſcr.*
